



quadratus versus trochaicus catalecticus

CAES. BASS. GL VI 267. 2 sqq. = fr. *6. 229 sqq. (GRF 144) Mazzarino composita autem cola huius carminis (*scil.* Hor. *carm.* I 2) singula ex duobus comatibus, quorum quod antecedit ex archilochio quadrato nascitur sic:

iam satis terris magisque genibus haerebo tuis;

hoc enim par est huic:

nunc ita est, magis magisque genibus haerebo tuis.

sequens comma trimetri iambici primam habet partem.

GELL. II 29. 20 hunc Aesopi apologum (*scil.* de aviculae nidulo) Q. Ennius in satiris scite admodum et venuste versibus quadratis composuit. quorum duo postremi isti sunt, quos habere cordi et memoriae operae pretium esse hercle puto: (*sat.* 57 sq. Vahlen [= fr. 17 Courtney])

hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm:

ne quid exspectes amicos, quod tu<te> agere possi<e>s.

GELL. IV 7. 4 sq. eum versum quadrato numero facto subiecimus, in quo, nisi tertia syllaba de Hannibalis nomine circumflexe promatur, numerus clausurus est. versus Ennii, quem dixit (*scil.* Valerius Probus), ita est: (*var.* 13 Vahlen [= fr. 32 Courtney])

qua<que> propter Hannibalis copias considerat.

AEM. ASPER frg. IV Wessner ap. RUFIN. GL VI 555. 1 sqq. Asper in commentario Terentii sic: «Hosce versus agere coepisset (*Phorm.* 315):

itane patris ais adventum veritum hinc abiisse ad domum;

et deinceps qui secuntur quadrati».

TER. MAUR. GL VI 397. 2419 sqq.

sed et trimetrus, ut quadratus, hic potest

acephalos esse, prima quando demitur,

fieri que primus pes et istic creticus.

nam sicut ille redditur trochaicus,

sic versus ante qui videtur integer,

‘adest celer phaselus ille quem vides’.

cum demo primam, quod relinquo tale fit:

‘est celer phaselus ille quem vides’.

acephalus ergo, sed trimetrus, factus est.

APTHON. GL VI 134. 12 sqq. item (Hor. *epod.* 2. 1)

beatus ille qui procul negotiis:

huic trimetro si anteposueris ‘Socrates’, qui constat e longa brevi et longa, hoc est amphimacrum, erit tetrametrus archilochius catalecticus, quem nos quadratum dicimus, ita:

Socrates beatus ille qui procul negotiis.

hunc musici trochaicum appellant. nam cum praecedat iambum creticus detracta ei suprema longa et iambo insequenti adiecta, versis in trochaeos iambis, trochaicus tetrametrus catalecticus efficitur.

APTHON. GL VI 134. 32 sqq. in comicis autem non succedunt nec copu-



lantur syllabae insequentium pedum prioribus, ut supra, nec mutantur pedes, <ut> in tragico quadrato, ideo quod non sesquipes aliquis, id est trisyllabus, antepositur trimetro, qui conturbat ordinem, ut supra ostendimus, quippe sesquipes apparet superfluous post trimetrum in ultimo.

ΑΡΘΗΝ. GL VI 139. 3 sqq. nostri autem antiqui usi sunt eo (*scil.* saturnio versu) non observata lege nec uno genere custodito, sed praeterquam quod durissimos fecerunt, etiam alios longos, alios breviores inseruerunt, quorum est hic:

turdis edacibus dolos comparas amice,

item: (Naev. *bell. Poen.* 31 [FPL 55 sq.] Blänsdorf)

ferunt pulchras creterras, aureas lepistas,

et apud Naevium: (*bell. Poen.* 1 [FPL 44] Blänsdorf)

novem Iovis concordēs filiae sorores.

videtur tamen e duorum versuum membri compositus, dimetri et quadrati. constat autem pedibus sex et semipede. nam primos tres pedes et semipedem habet ex parte prima dimetri; reliquos vero tres pedes, qui sunt ultimi, habet a parte prima quadrati tragici trochaici, ut:

cum victor Lemno classem Doricam appulisset.

ΑΡΘΗΝ. GL VI 168. 15 sqq. nam omnes fere odae in subsequentibus libris (*scil.* Horatii) isdem metris subsistunt exceptis perpauca admodum, e quis in secundo libro ode XVI (*immo* XVIII), cuius initium

non ebur neque aureum.

nam novum haec (hoc *codd.*) metrum, de quo nondum apud Horatium tractatum est, continet. est autem ab Alcaeo sumptum choriacum heptasyllabum subdito hendecasyllabo iambico archilochio. etenim

non ebur neque aureum

erit trochaicum proodicum dimetrum catalecticum, quod accepta in principio brevi syllaba iambicum epodum faciet sic:

da non ebur neque aureum.

paenultima autem detracta phallicum reddet ita:

non ebur neque aurum.

dimetro vero subnexo, ut

beatus ille qui procul non ebur neque aureum,

versum dabit ex quadrato compositum.

ΑΤΙΛ. FORTUN. GL VI 288. 2 sqq. tetrametrum catalecticum:

tale quale vere primo sibilat teres donax;

hic, quia quattuor metris constat, et quadratus vocatur.

ΔΙΟΜ. GL I 507. 23 sqq. trochaicus idem se<pte>narius et quadratus. hic si verus est, omnes septem trochaeos habet et semipedem, id est unam syllabam, cuius exemplum tale est: (cf. *lyr. inc.* 114 [FPL 459 sq.] Blänsdorf)

inmerens anus virente secta pinus in Crago.

hoc fit cum ad iambici veri principium additur pes trisyllabus amphimacrus. hic recipit pedes sui generis, quam rem de iambico diximus.

[CENSORIN] GL VI 613. 6 sqq. tetrametros, qui latine quadratus vocatur, choriacus talis est: (*trag. inc.* 138 [TRF 295] Ribbeck)



quadratus versus trochaicus catalecticus

tela, famuli, tela propere <ferte>: sequitur me Thoas.
recipit eosdem pedes (*scil.* quos trimetros tragicus), pervenit ad septem et semipedem. summum pedem patitur aut creticum aut dactylum.

FRAGM. BOB. GL VI 622. 5 sqq. tetrametrum catalecticum, quod archi-<lochi>um et epicharmium et quadratum (aequatum *codd.*), eo quod quattuor metris constet, dicitur, cuius inventor a quibusdam Homerus traditur: (lyr. inc. 104 [FPL 457] Blänsdorf)

tale quale vere primo sibilat teres donax.

FRAGM. SANGALL. GL VI 640. 30 sqq. et haec quidem metra per detractio-
nem fecit Archilocus, illud autem per adiectionem. nam praeposuit iambico trimetro pedem creticum, qui constat ex longa et brevi et longa, id est ex trochaeo et semipede longo, cuius exemplum facit tetrametrum, quem nos quadratum vocamus, non quia quattuor pedes habeat, sed quia feritur quater, ut in trimetro demonstravimus, quem a numero percussionum Graeci trimetron appellant. versus talis est:

Socrates beatus ille qui procul negotio.

[M.D.N.]